



27.
D. O. M. A.
COLLEGII INSTITUTIONUM
DN. CHRISTIANI KREMBERGS,

J. U. D.
DISPUTATIO OCTAVA
De

HÆREDUM IN-
STITUTIONE ET VUL-
GARI ET PUPILLARI SUB-
STITUTIONE.

Quam
Approbante Magnificâ & Nobilissima Facultate
Juridica, in illustri Academiâ Wittebergæ

PRÆSIDE

DN. DAVIDE CICHORIO

J. U. D. Fautore suo honorando

Placido eruditorum examini subijcit

JULIUS ERNESTUS SCHRODER;

Dannebergensis

Ad d.

Horis & loco consuetis.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.

Anno 1652.

COLLEGIUM INSTITUTIONUM
DR. CHRISTIANI KREMBERS

HEREDUM IN
STITUTIONE ET VII.

CARI ET PUPILLARI SUB
STITUTIONE
Approbatum Magistro & de dilectissima Facultate

DR. DAVIDE CIOHORIO
JUD. Tutora honorando

JACOBUS ERNESTUS SCHRODER
Danebergensis

WITTEBAC
The Johannes Koenigk Leeb. Typogr.
Anno 1672




- I. Num literati precedant milites disting:
- II. Num matrimonium sine consensu parentum jure subsistat. Neg.
- III. An concubinatus de jure Justiniano, Novo, & Canonico sit permissus. Affirm.
- IV. An filius naturalis autum vel vulgò conceptus succedat matri cum legitimis. Affirm:
- V. An spurii sint infames Neg.
- VI. Num testamentum sine septem testibus valeat de jure Civili N
- VII. An foemina tempore pestis in testamento testificari possit. Aff.
- VIII. An praescriptio sine possessione procedat. Neg.
- IX. An furtum simplex sit capitale Affirm.
- X. An familiare illud in Academiis contrectandi genus quod vulgò vocatur promoviren (rectius forsan amoviren arg: tit: ff: rer: amot:) sit furtum & poenâ ordinaria plectendum. disting:
- XI. An liceat propulsare injuriam. Affirm:
- XII. An judex debeat judicare secundum acta & probata an verò secundum conscientiam. Neg: post:

V
Purpureum Themidos nuntia, fama throni
Quam sese eximio *Schroderi* nobile pectus
Prodere conatu tentet, & alta petat.
Cum plaudens manibus Dea talia verba locuta est:
Non erit hæc vilis cura laborque mihi:
Gemmeus en paries jam nomina docta *Schroderi*
Excipiet teneris connumeranda Diis.
Sique pari perget studio, haut vulgaris Olympi
Heres juridici constituendus erit.

*Quibus eximium ac politissimum Dn. Resp. LL.
Cult. Solertiss. amicum & Affinem suum
dilectissimum lubens prosequitur*

**Christophorus Frisius,
Berol. March.**



DN. CHRISTIANI Krembergs/ J.U.D.

DISPUTATIO IIX.

De

HEREDUM INSTITU-
TIONE, ET VULGARI ET PUPILLA-
SUBSTITUTIONE.

PRÆSIDE

DN. DAVIDE CICHORIO, J.U.D. Luf.

RESPONDENTE

JULIO ERNESTO SCHRODERO,

Dannebergensi.

I. Heredis institutio est successoris à testatore fa-
cta designatio, & in omni testamento re-
quitur.

I. L. 3. vers. sententia. D. de his que in testament. delent. l. 1.
§. f. D. de vulgar. & pupillar. substitut. Est enim basis & fun-
damentum testamenti. §. ante heredis. 34. Inst. de Legatis.

II. Ideoque suus, licet vivo patre quodammodo dominus sit
bonorum paternorum. l. ii. D. de liber. & posthum. mortuo tamen
demum eo verum & naturale dominium per apprehensionem
possessionis consequitur. l. 23. D. de usucapion. Arumaus, Exer-
cit. 8. tb. 1. Adde Brederod. in notis ad Schneidevvin. Inst. de exhered.
liber. in pr. rubric.

II. Et cum liberorum proxima sit ratio, fit, ut fi-
liorum institutio à testatore facta ad eos ex-
tendatur, quos se habere ignorabat.

L. 3. C. de inoffic. testament. Quilibet n. intelligit, parentem o-
mnes filios suos heredes facere voluisse, neque ullum, quem vi-

H

vere

vere ignorabat, omisurum, si extare putasset; nisi iustam aliquam præteritionis causam proponas. Suppletur enim ignorantia testatoris ex conjectura pietatis. *Fachinens, libr. 4. Controv. cap. 77. Hænon. disp. 8. th. 2. Diff. Mantica de Conject. ultim. volunt. libr. 3. t. 2. Menoch. lib. 4. præsumpt. 16. n. 10. & 23.*

III. Si testator conjunctim instituit heredes filium & nepotem, ordine successorio relicto, simul succedunt.

I. Ubi verba testatoris sunt clara, & in eis nulla est ambiguitas, non est habenda voluntatis quæstio. *l. ille aut ille. §. cum in verbis D. de legat. 3. E.* II. Nominaliter à verborum significatione recedendum, quàm si appareat contraria testatoris voluntas. *l. non aliter. D. eod.* quæ hic nulla; cum ex sua portione quilibet institutus intelligatur, *l. f. C. de impub. & aliis institut. Fachin. d. libr. 4. Controv. cap. 78. Diff. Covarruv. in c. Raynucius. §. 2. de testament. Menochius d. libr. 4. præsumpt. 70. post. Dd. in l. Gallus §. quidam. D. liber. & posthum.*

IV. Liberi in Conditione, si sine liberis positi, ex testamento vocati non Censentur.

I. *L. 1. C. de pact.* ubi alias revocare potuisset P. sextantem; cum ea, quæ restitutionis subjecta sunt, alienari non possint. *l. f. §. pen. C. Commun. de legat.* II. *l. Lucius. 82. D. de hered. instituend.*

III. Quæ enim sunt in conditione, non sunt in dispositione. *l. 8. D. si quis omiff. caus. testament. Donell. ad d. l. 1. C. de pactis. Duarenus de Condit. institut. c. 5. Gomez. libr. 1. Var. Resolut. c. 3. n. 23. Forsterus disp. 12. th. 16. Hænon. disp. 8. th. 7. qui refert effectum. Diff. Cornass. libr. 2. Miscell. cap. 19. Hotcoman. Illustr. quest. 13. Fachin. d. libr. 4. Controv. cap. 51.*

V. Purè institutus, qui sub Conditione iterùm instituitur, purè institutus censetur.

L. site solum. 27. §. 1. D. de hered. instituend. Hereditas enim quæ semel data est, nunquam tacitè adimi censetur *arg. l. ex parte. D. de adimend. legat.* Prior itaque institutio deficiente conditione

tionem, non censetur revocata. *Cujac. an d. l. site solum. 27. Post. Barr. Bronchorst. cent. 3. adfert. 30. Hænon. d. disp. 8. tb. 9.*

VI. Impossibilis Conditio quocunq̄ue in testamento parte adjecta fit, pro non scripta habetur.

L. mulier 20. D. de Condit. instit. l. ab omnibus. 104. §. in testamento 1. D. de legat. 1. §. impossibilis 10. Instit. de hered. instituend. Testator enim non præsumitur voluisse intestatus decedere. Ideoq̄; errore quidam ejusmodi conditionem adjecisse intelligitur. Gæddens de contrab. stipulat. c. 8. cond. 9. n. 190. Vigilus, plenè Wesemb. lib. 6. n. 2. Heigius, Vultejus, ad d. §. Impossibilis, n. 6. Inst. de hered. instit. Roberus. disp. 11. tb. 9. Bronchorst. cent. 3. adfert. 66.

VII. Institutio incertæ personæ non valet.

I. Certum enim debet esse consilium testatoris. *Ulpian. in fragm. 1. Qui hered. instituer. poss. II. Dementis videtur, bona magno labore parata & quæ sita incertæ personæ relinquere. arg. l. 5. D. Qui testament. facere poss. III. §. incertis verò. Inst. de legat. Arumæus Exercit. 8. tb. 6. Borchbold. ad d. §. incertis, n. 1. & Dd. communiter.*

VIII. Testator jus accrescendi prohibere nequit.

I. *L. 36. & l. 74. D. de hered. instituend. II. Quoniam jus nostrum non patitur, ut quis pro parte testatus, pro parte intestatus decedat l. jus nostrum. 7. D. de regulis juris. III. Et nemo potest in testamento suo cavere, ne LL. in eo locum habeant. l. nemo. 55. D. de legat. 1. Duaren. libr. 1. de jure accresc. cap. 2. Clarus in §. testamentum, quæst. 75. n. 3. inf. Forster. d. disp. 12. tb. 26. Hænon. disp. 8. tb. 8. Disc. Gomez. libr. 1. Var. Resolut. c. 19. n. 10. Braonchorst. cent. 2. Miscell. adfert. 13. Adde Facbineum libr. 4. Controv. cap. 15. in f.*

IX. Substitutio juris Civilis origine est.

L. moribus. 2. D. vulgar. & pupill. substit. l. 4. D. eod. l. 1. C. de caduc. tollend. Gothofred. ad d. 1. moribus. 2. lit. a. Forsterus disput. 13. tb. 1. Diss. §. fort. Oddus in prælud. part. 1. q. 3. & p. 3. q. 3. Arumæus, Exercit. 8. tb. 8.

X. Vulgaris substitutio in unum casum, si heres esse non potuerit, facta, ad alium, si noluerit, extendi non debet.

I. *L. commodissime. D. de liber. & posthum. l. pater Severinam. D. de condit. & demonstr. l. si ita quis. D. de vulgar. & pupillar. substit. ibi, non enim videtur hoc casu substitutus. Mantica de conjeet. ultim. volunt. lib. 5. tit. 1. n. 3. Duaren. in Comm. 1. de vulgar. & pupill. substit. c. 11. Fachinus l. 4. Controv. c. 61. Disc. Dd. in l. 1. D. de vulgar. & pupill. substit. Menochius lib. 4. presumpt. 65. num. 2.*

XI. Substitutio vulgaris suo heredi facta, ex necessario voluntarium non facit.

I. *§. sin autem 3. Inst. de hereditat. que ab intestat defer. §. 1. & 2. Inst. de hered. qualit. & differ.* II. Nam & in pupillati semper vulgaris inest; & tamen filius manet necessarius. *l. 12. D. de vulgar. & pupill. substit. l. 42. D. de acquirend. heredit.* III. Substitutio hac ratione in subsidium institutionis admittenda. *l. 36. D. de vulgar. & pupill. substit. in ruinam ejus converteretur. Donell. lib. 6. Comm. cap. 24. Corraf. lib. 1. Miscell. cap. 2. Gomez libr. 1. Var. Resolut. c. 3. n. 15. Disc. Myusinger. ad pr. Inst. de vulgar. substit. n. 2. Scheid. vvin. n. 12. Vultejus, n. 6. Adde Dauthium, ad l. 1. D. ord. n. 196.*

XII. Si filius familias institutus deficiat, præferatur parens ejus substituto.

I. *L. cum non 8. §. 1. C. de bon. que liber. II. l. 25. §. pen. D. ad SC. Trebellian.* III. Quia verba substitutionis vulgaris in herede, qui alieno juri subjectus est, puta, filio familias, si heres non erit, hoc vult: si neque ipse heres erit, neque alium heredem fecerit *§. f. Instit. de vulgar. substit. l. si pater familias. D. de hered. instituend;* & per consequens ita intelligitur, si nec ipse heres erit, nec patrem heredem fecerit. Repudiando autem facit patrem heredem. *Duaren. in Comment. D. t. de vulgari substit. cap. 10. Vasquius, de success. progress. l. 2. §. 5. n. 17. Forsterus, d. disp. 13. th. 3. Disc. Donell. l. 6. Comment. cap. 24. Fachin. lib. 4. Controv. cap. 93. Hænon. disp. 8. th. 14.*

XIII. Mo-

XIII. Monacho deficiente monasterium non succedit excludo substituto.

I. Regulare enim est, instituto deficiente locum esse substituto.
II. Absurdum esset, ut is, qui in alienâ potestate est, faciliori aut alio modo heredem alium faceret, quàm quo ipse fieri heres posset, si esset sui juris. Atqui hoc fit adeundo. E. Si Monachus non adeat, neque & ipse Monasterio acquiretur hereditas. *Anton. Fabr. libr. 26. error. pragmat. 7. Dn. Hunnius ad Inst. disp. 9. tb. 3. Vide Clarum, §. testamentum. quest. 30. ubi Cc. & Legistarum magnam, pugnam de hoc re dicit, & simul, quid observandum in utroque foro monet.*

XIV. Uti nec fiscus excludit vulgarem substitutum.

I. Condicio enim substitutionis evenit. Cum enim heres succedere non possit, hereditas non sit caduca, sed pertinet ad substitutum. *l. un. §. cum autem C. de caduc. toll. II. Quia hoc modo fieret injuria substituto ob culpam heredis. arg. l. Popilianus §. meminisse D. de inoffic. testament. Duaren. in Comment. 1. de substitut. c. quibus verbis fit vulgaris substitutio. Fachineus libr. 4. Controv. cap. 64. Bocer. class. 2. disp. 5. tb. 34. Henon. d. disp. 8. tb. 15. Disc. Dd. Part. in l. 1. D. de vulgari & pupill. substit. n. 26. & ibi Alex. Jason & alii. Vasquius, de success. process. in p. refat. l. 2. n. 12.*

XV. Testator si alienum servum, quem patrem arbitrabatur, heredem instituat, eique Mævium substituat, substitutum in dimidiam partem hereditatis non admittimus.

L. si paterfamilias. 40. in f. D. de hered. instituend. ubi alter tantum semis inter eum, qui Dominus instituti heredis fuerit, & substitutum æquis portionibus dividitur. Nec enim contradicente substituto heres potest esse servus, propter errorem testatoris, qui ingenuum heredem habere voluit: nec substitutus heres esse potest, nisi servi institutio valeat & rata sit lex pupillari 44. D. de vulgari & pupill. substitut. Arumaus, Exercit. 8. tb. 11. Forster. disp. 13. tb. 5. Dist. Dd. variè.

XIV. Ut Substitutio pupillaris valeat, utroq; & substitutionis ex mortis tempore pupillus in potestate parentis esse debet.

I. Pr. Inst. de pupill. substit. in l. 2. D. eod. dicitur, quos in potestate habent, verbis in futurum collatis. II. l. coheredi 41. §. cum filie. D. eod. ubi vocabulum. Quoque alterum illud tempus, quo fit substitutio, innuit. III. l. si alienum §. 1. D. de hered. instituend. Vigl. ad d. pr. n. 7. & 8. Donell. libr. 6. Comment. cap. 25. Arumæus. Exercit. 8. tb. 16. Disc. Dd. in d. l. 2. D. eod. Conanus, lib. 10. Comm. e. 18. n. 2.

XVII. Mater filiis pupillariter substituere non potest.

Cum enim iis tantum substituere possimus, quos in potestate habemus. *d. pr. Inst. de pupill. substit. l. 3. m. pr. eod. Mater autem filios in potestate non habeat, §. femina Inst. de Adopt. sequitur, quod iis substituere nequeat. Patris enim hoc est, ut testamentum filio, qui ipse non potest, faciat. Vesemb. ad pr. Inst. d. l. n. 2. Vultejus, n. 5. Bronchorst. cent. 3. adfert. 350 Roberus disp. 11. tb. 10. Henon. disp. 8. tb. 18.*

XIX. Sic quoque naturalibus pupillariter substituere non possumus.

D. pr. Inst. de pupill. substit. §. d. l. 2. Non enim in potestate patris sunt; imò nec esse possunt, cum patrem non habeant, §. si adversus ea 12. Inst. de Nuptiis. Govean. in d. l. 2. D. de vulgar. & pupillar. substitut. Vultejus, ad pr. n. 4. Forster. d. disp. 12. tb. 2. Disc. Fumeus in tr. de substitut. n. 37.

XIX. Ex heredato tamen pupillariter substitutionem fieri rationis est.

I. §. non solum. 4. Inst. de pupill. substit. l. 1. & 2. l. sed si plures. §. ad substitutos D. eod. II. Hæc substituendi ratio ad ea pertinet, quæ pupillo ex heredato ex legatis, donationibus, &c. obvenerint. Neq; enim suis bonis testator substituit, sed impuberum d. l. sed si plures. Donell. l. 6. Comm. cap. 25. Forster. l. 1. de success. c. 19. Arum. d. Exercit.

Exercit. 8. tb. 13. Disc. Riminaldus in l. precibus 8. C. de impub. & aliis substitut. n. 46.

XX. Substitutio pupillaris facta in unum casum intelligitur facta in alterum: & ideo pupillaris expressa continet vulgarem tacitam.

l. 4. D. de vulg. & pupill. subst. Estque ratio, ut in omnem eventum filii impuberes heredem testamento habeant. Nec enim necesse est, omnia in testamento exprimi; modò voluntas certa sit. l. 3. C. de Inst. & substit. l. cum avus 102. D. de condit. & demonstr. Donell. l. 6. Comm. c. 24. ubi Hilliger. in notis lit. E. Dn. Hunnius d. disp. 9. tb. 2. Disc. Viglius, ad pr. Inst. de pupill. substit. Ant. Fabr. 32. Error pragm. 9.

XXI. Mater tam per tacitam pupillarem, quam per expressam à successione filii impuberis excluditur.

I. Quia in utrumque casum substituisse pater existimatur, per thesin precedentem. II. l. papinianus 8. §. sed nec 5. D. de inoffic. test. Donell. ad l. precibus n. 5. C. de impub. & aliis substit. Conanus lib. 10. Comm. cap. f. n. 13. Vaudus l. 1. quest. 44. Bronchorst. cent. 3. adfert. 34. Disc. Schneidvv. ad d. pr. n. 16. Cuiac. l. 12. observ. c. 27. Covarruo. in cap. Raynutius §. 4. n. 6. de Testa. Fachineus l. 4. Controv. c. 42. Adde Berlich p. 3. Concl. pract. 10. per tot. non tamen quoad legitimam. Riminald. in l. precibus. 8. ubi Corras. n. 29. C. de impub. & aliis substit. Menoch. de presumpt. l. 4. presumpt. 38. num. 30. Berlich. d. loc. n. 21. de iure civili. Additio. De rigore juris matrem etiam quoad legitimam excludi à substituto, cum Dn. Frantz. Ex. 6 q. 7. defendimus Æquitas tamen quam praxis Saxonica sequitur, Const. Elect. August. p. 3. c. 3. quamq; Riem. dec. 6 q. 10. commendat, legitimam matri salvam esse jubet.

XXII. Si filius mente captus, cui substitutio facta erat, resipiscat quidem, sed tamen in eundem morbum recidat, substitutio non evanescit.

I. Is enim efficaciter resipuisse dici non potest, cujus morbus postea recurrit. II. Quia & alias non nocet, mediis temporibus mutatam esse heredis conditionem l. si alienum. §. 2. l. 6. §. solemus D. de

D. de hered. instituend. §. in extraneis & Inst. de hered. qual. & differ. Donell. l. 6. Comm. c. 27. Viglius ad §. qua ratione. Inst. de pupill. substit. n. 19. Forsterus disp. 12. tb. 12. ubi Dicit. Nisi forte moriente patre sit adhuc sanæ mentis, vel tempore dilucidi intervalli ipse sibi testamentum fecerit. Viglius d. loco.

XXIII, Substitutio pupillaris ante institutionem scripta rata est.

Modò exhereditatio subsequuta non sit. l. 2. §. sed si quis. 6. D. de vulg. & pupill. substit. Institui enim substitutio favorabilis est l. 8. §. si quis C. de inoffic. test. l. 4. D. de vulg. & pupill. substit. Ergò extendenda l. 8. C. de impub. & aliis substit. Non etiam exhereditati l. 24. D. eod. arg. c. odia de regul. Juris, in 6. Donell lib. 6. Comm. c. 28. Pacinus cent. 5. Enantioph. quest. 29. Hænon. disp. 8. tb. 19. Diff. Goveanus lib. 1. Variar. c. 9. Rober. lib. 1. recept. lect. c. 34.

XXIV. Substitutio pupillaris puberi verbis directis facta, ne quidē per vim fidei commissi valet.

I. L. 7. de vulg. & pupill. substit. ubi dicitur, frustra fieri post pubertatem verbis directis pupillarem substitutionem. Frustra autem non fieret, si quasi fidei commissum valeret. II. §. 8. Inst. de pupill. substit. ubi dicitur, evanescere, id est, intercideret l. cum functus. §. 1. ff. si cert. petat. III. Jus non patitur, ut Pater filio faciat heredem in ea ætate qua sibi ipsi facere potest. Cujac. lib. 11. observ. c. 25. Conanus lib. f. Camm. c. 9. Viglius Vesemb. ad d. §. 8. Fachin. lib. 4. Controv. c. 44. Bronchorst. cent. 3. adfert. 33. Disc. Gomez. lib. 1. var. Resol. c. 4. n. 6. Donell. l. 6. com. c. 25.

XXV. Sustinetur tamen à milite facta in secundum casum ultra pubertatem per vim fidei commissi.

I. L. precibus 8. ibi, veluti ex causa fidei commissi. C. de impub. & aliis substit. II. L. centurio 5. D. de vulg. & pupill. subst. ibi, patris duntaxat, Cujac. lib. 11. Obs. 25. & lib. 12. obs. 27. Fachin. lib. 4. Controv. c. 43. Forst. dicit. disp. 13. tb. 15. Diff. Duaren. lib. 1. disp. 7. Adde Menoch. de presumpt. lib. 4. pres. 52.

WEITENBERG, Diss. 1652

ULB Halle

3

002 716 461



TA 30L

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

A.
TUTIONUM
KREMBERGS,
CTAVA 1652, 16

IM IN. 2
ET VUL-
LARI SUB-
NE.

obilissima Facultate
ia Wittebergæ

MICHORIO
honorando
nini subijcit
SCHRODER,
fis

etis.
E,
Acad. Typogr.